

## CHINIVA GOTHORVM REX.



**C**hinua, quem Iordanes Cinnā uocat, fortissimus Germanorū rex fuit, eo tēpore quo Decius Romanū Imperiū gubernauit, An. Christi 250. Is cū cæteris Germanis Danubiū adcolentib. Mœsiā irrumpit, atq; Neostadiū obsidet. Eam urbē Gallus Trebonianus, tum Sarmatici limitis prefectus, fortiter defendit. Inde Gothus Nicepolim petit. Vnde Decius Imperator arma in Gothos uertit, atque eā obsidionē soluere cogit. Inde hostes Philippolim proficiscuntur, & eā urbem diripiunt. Decius hostium uestigia insequitur. Verūm à Gothis fūsus, ad Gallum Trebonianum in Mœsiā redijt.

Ibid